Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

filij ammon conclamantes
in galaad fixerat tentoria.
Contra quos congregati sunt
filij israel in maspha castra
metati sunt. Dixerunt pri-
ncipes galaad singuli ad
proximos suos. Cui primus
e nobis contra filios ammon
cepit dimicare erit dux
illi galaad.

Capitulum vn-
decimum

Erat autem iephte galaa-
dites vir fortis
simus atque pugnator filius
mulieris meretricis. qui
natus est de galaad. Genuit
autem galaad uxorem de qua
susceperat filios. qui postquam
creuerant eiecerunt iephte
dicentes. Heres in domo
patris mei esse non poteris.
quia de altera mulere generatus
es. Cuios ille fugiens atque
de uitans habitauit in terra tob.
Congregatique sunt ad eum
viri inopes et latrocinantes
et cum principes requirebant
Factum autem diebus pugnabant
filij ammon contra israel. Cui
bus urgentibus in strictibus per
rexerunt maiores natu de
galaad. vt tollant in auxi-
lium sui iephte de terra tob.
Dixeruntque ad eum. Veni et
esto princeps nobis. et pugna
contra filios ammon. Cuibus
ille respondit. Non vos estis
qui odistis me. et eiecistis
de domo patris mei. et
nunc venistis ad me neces-
sitate compulsi. Dixeruntque
principes galaad ad iephte.
Ob hanc igitur causam nunc ad
te venimus. vt pugnantibus no-
biscum. et pugnes contra filios
ammon. tibique erit omni qui
in galaad sunt uel habitant.
Iephte quoque dixit eis. Si ve-
re venistis ad me. vt pug-
nem pro uobis contra filios am-
mon. tradatque eos dominus
in manu mea. ego ero prin-
ceps vester. Cui respondit
ei. Dominus qui hec audit
ipse mediator ac testis est
quod promissa mea faciamus. Abiit
itaque iephte cum principibus ga-
laad. stetique eum omnis populus
principes sui. Locutusque est
iephte omnes sermones suos
coram domino in maspha. et
misit nuncios ad filium am-
mon. qui ex persona sua di-
cent. Quid mihi et tibi
est. quare venisti contra me.
vt vastares terram meam. Cui
hoc ille rendit. Quia tulit
israel terram meam. et ascendit
de egipto a finibus arnon
usque in iaboth atque iordanis.
Nunc igitur cum pace redde mi-
hi. Per quos cursum man-
dauit iephte. et eis impe-
uit. vt dicerent regi ammon
Hec dicit iephte. Non tulit
israel terram moab. nec terram
filium ammon. sed cum de
consendisset de egipto. in-
bulauit per solitudinem usque
ad mare rubrum. et venit
in cades. Misitque nuncios
ad reges edom dicens. Di-
mitte vt transeam per terram tuam.
Cui noluit acquiescere pre-
ces eius. Misit quoque ad
regem moab. qui et ipse tran-
situm petenti contempsit. Mansit
itaque in cades et remisit ex